

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Antichristus 1  
cum fonte primo

Qui tenet teneat,  
donec de medio fiat,  
et tunc reuelabitur ille iniquus  
quem Dominus Ihesus interficiet  
spiritu oris sui.  
Docet nos antichristum manifestum futurum,  
si quidem ipsum uidetur aliquanto euidentiore  
significacione tetigisse interficiendum  
spiritu oris Domini Ihesu Christi,  
sed post quantum temporis istud tempus erit,  
nec saltem obscure locutus est.

Augustinus secunda epistola ad Hesicium.

Item, quod sequitur: Tantum,  
qui modo tenet, teneat,  
donec de medio fiat,  
et tunc reuelabitur ille iniquus,  
quem dominus Iesus interficiet  
spiritu oris sui (2 Thess. 2:7-8),  
docet nos Antichristum manifestum futurum,  
si quidem ipsum uidetur aliquanto euidentiore  
significatione tetigisse interficiendum  
spiritu oris domini Iesu Christi;  
sed post quantum temporis istuc erit,  
nec saltem obscure locutus est.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 199.3  
(CSEL 57, A. Goldbacher ed., p.253, ll.5-11).